

Joan. 16.

gaudium dabitur, quorum hic animus fructuosa poenitentia contristatur, quibus, & dicitur Joan. 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium.

Ex tribu Levi.

1126.

Qui se peregrinum existimat in mundo magna merces ei additur. D. Ambrosius.

Levi tertius est filius Jacob, & locum octavum hic occupat; Levi idem valet, ac mutans, vel additus; & bene post Manasse, id est, oblivionem Simeonem, id est, auditionem, ponitur Levi; nam qui obliviscitur de terrenis, ut se tanquam mutatum, ac peregrinum existimat, & caelestia audit, ut tristetur de peccatis, ei multa merces additur, ac duplicatur, ut inter filios Dei sit D. Ambrosius. hic Levi sequitur, qui additus, sive assumptus interpretatur: quia qui de peccatis qua fecit, iam poenitentiam exercuit; qui contra vitia pugnavit, eaque devicit, in amorem Dei, ac caelestis patriae totus assumitur; & merces ei additur, qui filii Dei nuncupantur, & sunt.

Ex tribu Issachar.

1127.

Multa merces ei, qui non solum praecpta, sed & consilia adimplet. Ansberrus.

Nonus filius Jacob est Issachar, qui & interpretatur merces; & bene ponitur post Levi, qui idem est, ac additur; recte, quia illis, qui non solum praecpta, sed etiam consilia, ut virginitatem, & caelibatum servant multa merces est reposita in caelis: Ansberrus. Quibus nempe, ait, consilia praecptis addentibus jure convenit, quod Issachar post Levi annectitur, qui interpretatur dicitur & merces: ista praecipue agentibus, ac specialis merces debetur.

Ex tribu Zabulon.

1128.

Merces a Deo data, firma est.

D. Ambrosius.

Decimus filius Jacob Zabulon, qui & in decimo ponitur loco, & interpretatur; habitaculum fortitudinis; & bene ponitur post Issachar, qui & merces est; nam qui propter sua bona opera mercedem habet a Deo, tenet habitaculum fortitudinis a quo nulla vi, ac industria humana potest deici, ac expelli. D. Ambrosius. hic: Et ideo post Issachar, ait, Zabulon ponitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur, & quod habitaculum fortitudinis nisi habitatio Dei: in illo habitat Deus, in quo fides, patientia, castitas, humilitas, charitas, & caetera virtutes commorantur.

Ex tribu Joseph.

1129.

Qui perseverant firmiter cum Deo, meritis augentur.

D. Ambrosius.

Albertus Magnus.

Sub Joseph intelligitur tribu Ephraim.

Undecimus filius Jacob est, & hic eodem in loco ponitur, & significat argumentum; & optimè post Zabulon, qui dicitur habitaculum fortitudinis, ponitur; nam qui firmiter habitant in Deo, hi maximè augentur, & crescant meritis. D. Ambrosius. Et qui per operationem virtutum, augentur pramia meritorum, Joseph subsequitur, qui augmentum interpretatur. Aliter explicat Albertus Magnus. Post Zabulon, qui est habitaculum fortitudinis, ponitur Joseph, qui interpretatur augmentum; per quod etiam perseverantes intelliguntur, qui pecuniam acceptam cum augmento referunt: Ecce alia duo superlucratum sum. Marth. 25. Hic autem maximè advertendum, quod cum dicitur, Ex tribu Joseph, intelligitur tribu Ephraim, quae fuit hic omissa; licet autem Ephraim junior fuerit Manasse

seniori, tamen, ab avo Jacobo Praelatus Manasse seniori. Genes. 48. numero 14. hinc est quod pro majori nobilitate retinuit nomen patris sui Joseph; utpote dignior, ut est impraesentiarum.

Ex Tribu Benjamin.

Duodecimus filius Jacob est Benjamin, hoc est filius dexteræ, & hic ponitur in duodecimo, ac ultimo loco, quia qui virtutes in praedictis Patribus adimplet, ut obliviscatur de terrenis, ac peregrinum in hoc mundo se existimat, & audit, ut poeniteat de peccatis; ac firmiter perseverat cum Deo, & augetur, & crescit in virtutibus, hic ad dexteram Dei sublevatur, ac collocatur in gloria. Divus Ambrosius. Benjamin ultimus, imo & superior ponitur, qui filius dexteræ interpretatur; Electi enim Dei, filii dexteræ Dei efficiuntur, cum ab hoc vita substractis in caelestibus sedibus collocantur, ubi nihil est sinistrum, sed totum dextrum.

In partu Benjamin mortua est Rachel; inde appellavit eum Benoni, qui interpretatur filius doloris; Pater verò appellavit eum Benjamin, id est filius dexteræ, hoc est felicitatis, Genes. 35. n. 18. sed quæ connexio, ac convenientia inter filium doloris, ac felicitatis: quis enim felix esse potest cum dolore? quomodo ergo a matre filius est dicitur doloris, a Patre verò filius felicitatis? Mater attendit ad laboriosum progressum vitae humanae: Pater verò ad felicem exitum iustorum; & maximè, quia per labores, ac afflictiones summa felicitas consequitur Ex quo eleganter ait Philo libro 3. de vita Moysis: Qui fugit laborem, fugit felicitatem: Ex adverso, qui fortiter, patienterque difficultates tolerat, ad beatitudinem properat: Nam fieri non potest, ut homo delicatus, & effeminatus animo, corpore quoque labefactato quotidianis voluptatibus, virtutis domicilium præbeat.

Hic maximè notandum, quod Jacob duodecim habuit filios. Primus dicitur Ruben, principium doloris mei Genes. 49. num. 3. Ultimas verò Benjamin dicitur est filius doloris Genes. 35. n. 18. Et cur primus filius, dicitur principium doloris, ultimus verò natus, filius doloris? primus dicitur principium doloris Patris; secundus dicitur filius doloris matris: quia alii sunt dolores patri ac matri; & idem est, habere filios, ac habere dolores, ut sæpe sapius contingit: Ob multas occasiones, contrarietates, ac pericula, in quibus versatur: Huc rursus id, quod dixit Philo Hebraeus libro de execrationibus: Sunt filii, ait, qui magis vivi quam defuncti, suos parentes contristant. Nam filius defunctus unum dolorem ingerit patri; ac vivus, aliquid quando ob multa pericula, & adversitates, quibus implicatur, continuum dolorem ac multas afflictiones parit.

Nobilis illa femina ex Tribu Levi peperit filium quem vocavit Moysen; vidensque eum elegantem aspectu, ira ut mulorum Rabbinarum sic sententia, quod ipse ex vultu emitebat quandam fulgorem; & inde orantes de tali puero magnam concipiebant spem: ipsum nempe futurum magnum virum; habuit mater de tanto filio ingens gaudium, & læticiam, in dicitur magnum extitit ei seminarium dolorum: ut ait D. Chrysostomus homilia 25. Nōne lætandum erat

130. Qui virtutes adimplet, ad dexteram Dei elevatur.

D. Ambrosius.

131.

Gen. 35. Per labores felicitas consequitur.

Philo.

134.

Gen. 49. Gen. 35. Qui habet filios, habet & multos dolores.

Philo.

135. Filius seminarium denarium dolorum parientibus.

D. Chrysostomus.

Exod. 1.

erat de tanto filio? quomodo seminarium dolorum? Extabat lex in Aegypto, quod omnes pueri Hebraeorum interficerentur. Exod. numero decimo sexto. Cum ipsa ergo peperit filium: Videns enim elegantem, abscondit tribus mensibus; cumque jam celare non posset, summis fessellam scirpeam, & linivit eam bitumine, ac pice, posuitque intus infantulum, & posuit eum in cavello ripae fluminis. Exod. 2. numero secundo & tertio. Ecce cur tantus filius magnum extitit seminarium dolorum matri; fuit illi dolor, quando eum peperit, ut commune est omnibus matribus, in dolore paries filios tuos: fuit illi dolor, quando abscondebatur tribus mensibus cum multo timore, ac tremore, ne forte prehenderetur; fuit illi dolor, quando puerum exposuit in ripa fluminis, ut ibi submersus periret, nisi singularis Dei adesset providentia.

Exod. 2.

QUESTIO XV.

Quare inter ceteras Tribus Israël hic numeratas, Tribus Dan omittitur à nostro Evangelista?

134.

Ex tribu Dan mali sunt saltem affectus.

Jud. 13.

Matth. 17.

Rom. 11.

135.

Abul. O. caeter.

D. Iren.

D. Hieron.

D. Hippol.

D. August.

D. Prosper.

Communis q. hoc loco, quare cum Dan sit unus ex filiis Jacob, unaque tribus ex Israël: tamen hic omissa est à nostro Joanne? dixerunt aliqui, quia ex tribu Dan, nullus salvus factus est; ac hoc est aperte falsum, nam Samson erat ex tribu Dan, Jud. cap. 13. num. 2. Et in Catalogo iustorum, ac sanctorum ponitur ab Apostolo Paulo, Hebraeorum 11. num. 32. Patres Samson boni, & pii erant, nam familiare colloquium habuerunt cum Angelo sancto, ut patet ex citato, Judic. 13. deinde Christus Dominus, ait Matth. 17. num. 11. Venurus est Elias, & restituet omnia, id est, omnem Israël ad sanctam, & veram fidem Catholicam. Et Apostolus Paulus loquens de Israël relicto in sua caecitate, ait, quod tali tempore Antichristi, Omnis Israël salvus fiet. Rom. 11. num. 26. Ergo si tunc omnis Israël salvandus est, restitendusque ad veram fidem, Dan est ex Israël, ergo etiam salvandus est; & patet, quia Danita videntes Antichristum mortuum, & totum ejus regnum, ut falsum, & iniquum, destructum, tunc se ad veram, ac sanctam Christi fidem recipient.

Est communis sententia, quod ideo tribus Dan hic non numeratur, quia ex illa nasciturus est Antichristus, quamquam Abulensis in cap. 49. Genes. dicat incertum: & Oleaster ibidem non dubitavit affirmare, esse fabulosum: sed contra hos est, quod communi sanctorum Patrum, ac Doctorum sensu, ommissa est tribus Dan ob Antichristum ex illa nasciturum. Divus Irenaeus lib. 5. adversus Hæreses, Divus Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum. Divus Hippolitus Martyr de consummatione sæculi. Divus August. quæst. 2. in Josue. Divus Prosper. de Promissionib. part. 7. cap. 9. Divus Sylveira in Apocalypsim. Tom. I.

Ambrosius lib. de Benedictionibus Patriarchar. cap. 6. Theodoret. quaestione ultima in Gen. Divus Gregorius lib. 31. moral. cap. 18. D. Cyrillus. Eucher. Rufinus. & alii, quos citant Percir. Ribeira, & in eadem sententia sunt etiam Andreas Caesariensis. Haymo, Richardus, Beda, Divus Anselmus, Rupertus, Lyran. & alii.

Probant citari Patres ex Genes. 49. numero 17. ubi benedicens Jacob Dan, ait: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, moriens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retrò. Et quamquam multi ad Samson locum referant, tamen ad Antichristum maximè spectat; nam quamquam, ut ait Cornel. ad citatum locum Genesios; unus locus Scripturæ possit habere duos sensus literales, multò aptiori modo locus interpretatur de Antichristo, quam Samphone, nam Samson potius fuit leo, quam coluber, & cerastes mordens ungulas equi.

Ait ergo: Fiat Dan coluber in via: quod animal maximè aptum est ad dolos, fraudes & deceptiones; & ideo Diabolus specie serpentis primos patentes decepit, ut docet Divus Augustinus lib. 12. de Gen. ad literam capite 11. Antichristus multas fraudes, dolos ac nequitias tendit, tanquam coluber, parans insidias, in via, Cerastes in semita. Cerastes cornutus est serpens, velut aries; cornu signum est fortitudinis, ac potestatis; filius ille perditionis multa fortitudine, ac potestate valebit contra sanctos & justos. In semita, hoc est, in arcto, & angusto eos ponens: Mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retrò. Cerastes suo veneno mordet ungulas equi, ut equum & equitem dejiciat: hoc loco per equum Patriarcha intelligit hunc mundum, ut explicat D. Gregorius, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumat, inde dicitur Antichristus cerastes mordens ungulas equi; & ungulas equi mordere, est extrema sæculi tempora feriendo contingere, ut cadat ascensor ejus retrò. Ascensor, sunt Imperatores & Reges, qui veluti habenis hunc mundum gubernant; suorum regna occupabit Antichristus, à suis locis eos dejiciens, lapsu irreparabili, tanquam qui cadit retrò.

Nec contra hanc expositionem facit, id quod immediatè Patriarcha subdit: Salutare unum expectabo Domine. Optat ergo ille, Christum D. advenire, ad tollendum de medio illum pessimum, & scelestissimum hominem, ut ait Apostolus. 2. Thessal. 2. num. 8. Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui. Et ex hac ultima parte fit manifestum, Patriarcham locutum fuisse de Antichristo; nam si ageret de Samphone, non est cur Patriarcha addat, Salutare unum expectabo Domine.

Probatur secundò ex Jeremie 8. num. 16. A Dan auditus est fremitus eorum, & vocatum binninum pugnatorem ejus, commotus est omnis terra; quæ verba de nullo alio melius possunt explicari, quam de Antichristo. Dicitur, intelliguntur de Nabuchodonosore, qui veniens transivit per Caesarem Philippi, quæ erat in tribu Dan; sed hoc non satis est, ut Nabuchodonosor dicatur: A Dan auditus

D. Ambrosius. Theodoret. D. Gregorius. D. Cyrillus. Eucher.

136. Excluditur Tribus Dan ob Antichristum. Genes. 49.

137. Explicatur tota propheta. D. Augustinus.

D. Gregorius.

138. Genes. 49.

2. Thessal.

139. Jerem. 8. Explicatur de Antichristo.

auditus est fremitus eorum eius. Nec oblat, quod Propheta ageret de Nabuchodonosore: nam sępe Propheta de una re vertunt sermone ad aliam, pręcipue cum Nabuchodonosor extiterit figura Antichristi.

140. Una mala soboles totam progeniem infamat. Rupertus. Cum ergo ex tribu Dan nasciturus sit Antichristus, ita odiosa facta est ejus familia, ut licet ex illa generosi viri prodierint tamen signati ex ea in ultimis sæculi temporibus nominantur. Rupertus, Ejectur, ait, ex hoc loco Dan, ut ostendatur Antichristus, ex omni numero ejciendus sanctorum; imo si ut iste, de hoc Catalogo spiritali est ejciendus: una mala soboles totam unam familiam etiam illustrem infamat, & dedecorat.

141. Cum Populus postulasset Regem à Samuele, Saulque unxisset in Regem, eum coram omni populo constituit, habensque ad eos largum sermonem, quod si Deum timuerint, ejusque pręcepta audierint, ac servaverint, quod tam ipsi, quàm eorum Rex maxime prosperabuntur: Si autem, ait Propheta, non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos, & super patres vestros, 1. Regum 12. numero decimo quinto. Propter iniquitates vestras, quia inobedientes estis Domino; manus ejus ad pœnam, & supplicium erit super vos, & super patres vestros, non solum vivos, sed etiam defunctos. Carthusianus ibi: Cum vos, quàm patres vestri, incurritis debitas penas Dei, & super Patres vestros, etiam defunctos, & condemnatos. Cum homo moritur, definita Dei sententia, certo supplicio, ac pœna efficitur; quomodo ergo ait Propheta, quod propter peccata, quę modo peccantur à filiis, Patres defuncti etiam suam punitionem recipient: Peccata filiorum injuriosa labe, ac ignominia afficiunt parentes, etiam defunctos, ut eorum memoria in multa sit infamia, ac dedecore, cum tale semen, ac filios protulerint; valde enim crimen filii parentem infamat.

1. Reg. 12. x. Reg. 12. Carth. Filiis indecori patres dedecorant.

142. Ad fastigium regni eligitur à Deo Saul, & David, & uterque ungitur à Samuele in Regem Israël. Valde tamen diverso modo; nam David ungitur in domo Patris, coram fratribus, ait Deus ad Samuelem: Veri, & mitram te ad Isai Bethlehemitem; providi enim in filiis ejus mihi regem, 1. Regum 16. numero primo. Non sic idem Samuel mittitur ad Patrem Saulis, cum illum esset uncturus, sed tantum ait illi Dominus: Cras mittam virum ad te de terra Benjamin, & unges eum, 1. Regum 9. numero decimo sexto. Cur Saul ungendus proponitur sine Patre, sine fratribus, cum aliter habeatur factum cum Davide? Cur immediatè ad Davidem non dirigitur Propheta? Saul reprobandus erat, qui perderet, & dedecoraret omnem suam profapiam: David autem in regno præstantissimus, totius sui generis decus; & ideo in ejus electione primum ad patrem Isai Samuel mittitur; ac si in illa regni dignitas, & honor maxime ad patrem talis filii spectaret, primoque Pater nobilitaretur; præstantia filii maxime ad Patris conducit honorem: At

1. Reg. 16. 1. Reg. 9.

1. Reg. 9. 1. Reg. 9.

1. Reg. 9. 1. Reg. 9.

1. Reg. 9. 1. Reg. 9.

1. Reg. 9. 1. Reg. 9.

1. Reg. 9. 1. Reg. 9.

1. Reg. 9. 1. Reg. 9.

Saul sine patre, sine fratribus in occulto, & abscondito auguratur in Regem; ejus enim regnum non ad Patris splendorem, sed potius ad obscuritatem erat. Egeſippus libro quinto de exordio Jerosol. cap. 16. Filii obſcuri moribus, parentes obſcure; totamque familiam demigrant.

Apoc. 7. n. 9. Post hæc vidi turbam magnam: quam numerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante thronum; & in conspectu Agni; & amici stolis albis, & palmę in manibus eorum

Num. 10. Et clamabant voce magna, dicentes: salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno.

VERSIONES.

Arabicus. Post hæc aspexi, & ecce turba, quam possit nemo numerare, &c. iique stabant ante thronum.

Syrus. Et ecce turba magna, quam numerare nemo poterat, ex omni gente, &c. & amici vestibus albis.

Goth. Vidi turbam magnam, stantem.

D. August. Et ecce populus multus,

Ticon. Circumamicti stolis iisdemque omnes induti.

Aretas. Et erant amicti stolis albis, & palmę tuerunt in manibus eorum.

D. Cyprian. Amicti stolis purpureis.

Petrus Faber. Amicti stolis purpureis.

D. Cypr. n. 10. Magno clamore dicebant.

Arabicus. Hi omnes clamabant altissimis vocibus, dicentes.

Vatablus. Salutatio Deo nostro, & Agno.

Tygrina. Salus ei, qui sedet.

Pagninus.

Pagninus. Qui sedet super thronum Dei nostri.

EXPOSITIO V.

OST hec, nempe post signatas duodecim tribus Israël, in fine mundi ad Christum convertendas; Vidi turbam magnam. Non omnium beatorum à principio mundi, sed tantum illorum, qui in fine sæculi futuri sunt sancti, stantes ante thronum, & in conspectu Agni, ut beatifica visione donati, fruantes præsentia Dei omnipotentis, ac sanctissimæ humanitatis Christi. Amicti stolis albis, Pro nota suę beatitudinis, de quo dixi superiori cap. 5. ac vers. 11. Et palmę in manibus eorum: quibus significatur eorum glorioſa victoria de inimicis visibilibus, ac invisibilibus.

143. Et clamabant voce magna. Sicut victores, cum exultant de triumpho, clamorem magnum ingeminant; Voce magna clamabant, ut notant Primasius, Richardus, Divus Anselmus, ob magnum, verum, ac sincerum affectum, ac devotionem erga Deum; & cum hæc dicunt beati, p. a gaudio, & exultatione, ut dicunt Andreas Cæsariensis, Divus Bonaventura, lib. D. c. salutis, titul. 10. de gloria Paradisi, cap. 10. dicunt choros, choreas agunt: Circa divinum, ait Cæsar. summ. que quietis thronum, choros dicunt, & in omne ævum ducturi sunt, tanquam grati famuli: Deinde ut ait Text. Salus Deo nostro, & Agno; humano more loquitur Scriptura; ac si de homine diceretur, salvas sit; & ut dicemus: Vivat Rex. Hęc autem verba non sunt optantium, sed lætantium de Dei æternitate, ac immortalitate, à qua nostra salus, & vita dimanat: & cum dicunt, Salus Deo nostro, & Agno: Exprimunt Patrem, & filium ut notat Primasius; subintelligunt etiam Spiritum sanctum, qui unà cum Patre, & Filio unus est Deus. Sicut quando exprimitur solus Spiritus Sanctus, subintelligitur etiam Pater, & Filius; sicut Actor. 20. num. 28. cum dicitur: Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos posuit Spiritus Sanctus Episcopos; cum Spiritu sancto intelligitur Pater, & Filius.

144. Primas. Richard. D. Anselm. Andr. Caf. D. Bonav.

145. Primasius.

Actor. 20.

QUESTIO XVI.

Quanam sit hæc turba magna, de qua Ioannes hic loquitur?

145. At Evangelista in præsentia: Post hæc; post scilicet illa centum quadraginta quatuor millia signata Judæorum, vidisse turbam magnam ex omnibus gentibus, tribubus, & populis, post signatos Judæos, de dentibus etiam facit mentionem: & primo de Judæis, quia Christus primo Judæis promissus est: Unde non bene Alcazar existimat, turbam hanc esse eandem cum Sylvæira in Apocalypsim. Tom. 1.

gnatio; quia Joannes prius vidit signatos, & postea turbam magnam; ipse enim censet, omnes salvandos, dici Israëlitas, non carnales, sed spirituales, scilicet secundum fidem filios Abrahamæ.

Nec obstat, quod solum Israëlita dicuntur signati, non verò illa turba magna ex gentibus, Respondemus facile, quod etiam hi supponuntur signati; nam tam Judæi, quàm gentiles signati fuerunt, ut patet ex illis verbis. Vers. Donec signemus servos Dei nostri Nunc in præsentia ait: vidi turbam magnam ex omnibus gentibus, jam scilicet signatis, hoc Evangelista supponit, & spiritu prophetico vidit eos in altiori ordine, ut jam æterna felicitate fruantes, de quo latius quæst. 29.

Quæstio ergo in præsentia est, quanam sit hæc turba magna? Primo, Lyranus existimat esse martyres occisos sub Diocleriano qui fuerunt in magno numero, ut dicam quæstione sequenti. Secundo, Aureolus ait, esse gentiles conversos ad Christum tempore Constantini magni: nulla tamen est conjectura, cur potius intelligantur sub hac turba magna Martyres sub Diocletiano, ac Christiani, sub Constantino, quàm sub quocumque alio tempore.

Tertio, Ambrosius Ticonius, Beda putant, sub hac turba intelligi omnes beatos, qui Dei visione fruuntur Quarto, Joachimus Abbas tenet, esse Martyres, quocumque sæculo occisos, & ad hanc sententiam pertinet Ferrarius, qui tuetur in hac turba magna intelligi omnes sanctos ab exordio Evangelii usque ad finem mundi, quia hos ostendere, est finis hęc intentus à Deo.

Vera sententia, quam sequor, tenet hanc turbam magnam ex omnibus gentibus, comprehendere tantum sanctos futuros tempore Antichristi: ita Pereira, Ribeira, Cornelius, La Haye: Probat, quia visio hęc ostensa de turba magna pertinet ad sextum sigillum: atqui sextum sigillum, ut patet ex fine superioris capituli, agit de Antichristo: ergo & ad ipsum tempus Antichristi pertinet & turba magna, sicut & duodecim millia signata; & sane ex alta ratione, ut videatur, quàm efficax sit gratia Christi, quod non obstante tam sæva persecutione tam crudelis hostis, adhuc tam copiosa erit messis Evangelica. Et confirmatur, quia ut dicitur num. 14. de hac turba magna: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna. Atqui tribulatio magna per antonomasiam est de Antichristo; ergo de illa hic agitur.

149. Valde effleat Christi gratia.

Tertio probatur, quia ut dicitur in tex. Turba ex omnibus gentibus, & tribubus & populis, & linguis, atqui in fine sæculi multi ex omnibus gentibus, tribubus, populis, & linguis agnoscent Christum, & in eum credent; ut patet ex verbis Christi. nam quærentibus Apostolis, Quod signum advenus tui, & consummationis sæculi? Matth. 24. numer. 3. Respondet Dominus, ut dans manifestum, & apertum signum: Prædicabitur hoc Evangelium regi in universo Orbe, Et tunc veniet consummatio, ut explicant omnes sancti Patres, quos latè adducit Suarius. tom. 3. ad tert. part. disp. 56. sectione 1. §. Nihilominus dicendum, P. p. 2. &

150. Matth. 24. In fine sæculi Evangelium prædicabitur in toto orbe.

146.

147. Lyranus.

Aureol.

148. D. Ambr. Ticon. B. da. Joachim. Ferrarius.

149.

Vera sententia. Pereira. Ribeira. Cornelius. La Haye.

149. Valde effleat Christi gratia.

150.

Matth. 24. In fine sæculi Evangelium prædicabitur in toto orbe.